

1367

C O D I C E S

1368

*ne redarguit dicens. In principio erat uerbum &c. Interrogationes ultimae sunt, quid per sublimitatem, latitudinem, longitudinem et profunditatem crucis significetur, quibus subscriptum: **Explicit Liber Sancti Johannis Evangeliste.***

V. fol. 138. *De Evangelio Sancti Mathei.* Tractatio superior gemina, nisi, quod nulla habeat *περὸ λεγομένα*, et statim Textum ipsum sic aggrediatur: *Quare Beatus Matheus nullam sanctarum feminarum in genealogia Domini posuit, nisi eas quas sacra reprehendit scriptura. uidelicet thamar. raab. ruth. atque betsabée? Thamar namque reprehendit de sacerino concubitu. Raab uero quia bierechontina meretrix fuit. Ruth moabites. adultera betsabée. ꝛ. Sanctus euangelista matheus ideobas mulieres in genealogia domini descripsit. ut per hoc demonstraret quia dominus propter peccatores de celis ad terras descendit &c. Brevior multo est haec Matthaei Defloratio praecedente, fortasse tamen non integra in Codice; definit enim in hanc Interr. **Quid interpretatur barrabas?** Autorem in PP. lectione perquam verfatum fuisse liquet, quamvis rarissime quenquam illorum nominatim excitet.*

CCCLI.

859 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 99. 12. bene scriptus et rubricis enotatus, olimque *canonicorum regularium prope mu-*

ros ciuitatis nufftensis titulum praefert: Incipit prologus Elucidarij. Aliud Exemplum dedimus Cod. praeced. ubi prolixus hic de omnibus Fidei Capitibus Dialogus Honorio, certe *Augustodunensi*, tribuitur. Initium Prologi, ut ibi: *Sepius rogatus a condiscipulis (discipulis?) quasdam questiuunculas enodare &c. Initium ipsius colloquii: Glorioso magister rogo ut ad inquisita michi ne pigriteris respondere &c. Per decursum literis miniatis Autores quidam notantur, e quibus responsa promittit Elucidator; ita Ambrosius de animalibus, Jeronimus de coniugibus, Origenes de gradibus, Eucharicus de morte christi, Isidorus de Vit. Immod. Beda de infirmis et de anticristo.*

Fol. 68. *Incipit liber III. de futura uita, quamvis anteceder nec I. nec II. indicetur. Extrema sunt: et uideas bona hierusalem omnibus diebus uite tue. M. (Magister) Amen amen amen. Cetera Cod. supra cit. expedita sunt.*

CCCLII.

Codex chartaceus lat. Sec. 17. XVI. Folior. 107. f. eleganter exaratus sine Autoris nomine hunc titulum praefert: *Confessio Fidei et doctrinae sanctae Catholicae et Apostolicae Ecclesiae Dei, circa praecipuos saltem articulos, quos Christi fideli populo pie et simpliciter proponi eidemque credere et scire expediat ac plane sufficiat. Pro indocto Clero et simplici*